

Comment. de donat. ca. 11. n. 3. ubi de dotalitio explicatus, post alios, quos laudat, differit. HARR.

QUESTIO XII.

SUMMARIA.

EX CLARO.

- 1 Donatio facta absenti non valeat, nisi nuncius, vel epistola interveniat.
- 2 Et an requiratur, quod talis nuncius sit ad id specialiter destinatus.
- 3 Et quid si donatarius apprehenderit possessionem rei donatae.
- 4 Et quid si facta sit praesenti, & tacenti.
- 5 Et quid si facta sit absenti, coram quinque testibus, an sustineatur in vim fideicommissi.
- 6 Et an donatio ad pias causas facta absenti valeat.

EX ADDITIONIBUS.

- 1 Donatio tum inter vivos, tum mortis causa praesentiam donatarii requirit.
- 2 Testamentum habens clausulam codicillarem, vel donationis causa mortis, non sustinetur in vim donationis, nisi donatarius praesens fuerit.
- 3 An nuncio, vel epistola interveniente donatio absentis fieri queat, remissive.
- 4 Et quid, si donatio ad pias causas absentibus fiat, remissive.

**P**raecedentibus quaestionibus visum est, quae persona donare possit, vel non; Nunc videndum est, quae in ipsa donatione requirantur? Et in hoc scire debes, quod donatio (a) debet fieri praesenti, alias si fiat (b) absentis, non (c) valet. Tex. est in l. absentis. ff. de donatio. & ita voluit Doctor. communiter omnes, ut dicit Corn. consil. 73. in littera C. libro 3. Hanc etiam dicit esse communem Paris. consil. 88. n. 15. lib. 3. intellige nisi interveniat nuncius, vel epistola. Nam nuncio (d) vel epistola interveniente, potest donatio fieri absentis. Ita colligi videtur ex gloss. in l. nec ambigi. in gloss. 1. C. de donat. & est communis opin. ut dicit Card. consil. 254. colum. 3. prout illum refer. Capic. decif. 108. num. 8. licet ergo illum non invenerim.

2 Scias tamen, quod ad hoc ut valeat donatio facta absentis cum interventu nuncii, requiritur, quod talis nuncius sit ad id specialiter a donante destinatus, alias non perficitur donatio, neque sufficeret, quod aliquis motu proprio illam donatario notificaret. Ita tenet gl. supra allegata in d. l. nec ambigi. quam sequitur communis Doctorum sententia, ut ait Roman. consil. 295. n. 1. & seq. quem refert Corn. consil. 254. in l. A. lib. 3. quem forte voluit allegare Capic. ubi sup. Et dicit Marf. in l. si quis de q. n. 69. ff. de q. quod illam gloss. sequuntur communiter Doctor. Hanc etiam esse communem conclusionem attestatur Guid. Papae decif. 222. num. 2.

3 Sed pone, quod non solum donatio absentis facta sit verbotenus; sed etiam postea ipse donatarius acquisierit possessionem rei donatae, nunquid valebit donatio? Resp. quod adhuc non dicitur perfectus contractus donationis, quoad acquisitionem domini, nisi nuncius, vel epistola interveniat. Et haec videtur esse communior opinio, ut dicit Capic. in allegata decif. 180. post nu. 9. Cum enim donatio non possit perfici, nisi interveniente pacto, & sic consensu utriusque, scilicet tam donantis, quam donatarii, non potest dici inter

absentes consensus efficax intervenisse, nisi vel nuncius, vel epistola intercedat, ut supra dictum est.

Sed quid si donatio facta sit praesenti, sed tacenti? dixi infra q. 14. vers. sed pone.

Quaero etiam, si donatio facta sit absentis coram quinque testibus, an sustineatur in vim fideicommissi, dixi supra q. 5. vers. sed pone.

Item quaero, nunquid haec conclusio, quae habet, quod donatio facta absentis non valet, habeat locum etiam in donatione, quae fit Ecclesiae, (e) vel pie cause, vel pauperibus absentibus? Resp. quod sic: & ideo si aliquis pro ipsis non acceperit, donatio nihil valet. Ita dicit gl. in l. illud. in ver. Alia causa. C. de sacros. Eccles. quam communiter approbat Doct. ut ait Ruin. consil. 13. numer. 10. lib. 4. & consil. 37. numer. 14. eod. vol. Quod nota, quia de facili quis responderet contrarium.

ADDITIONES.

(a) Donatio debet fieri praesenti. Non solum \* donatio inter vivos, de qua Clarus nosse hoc loco tractat: sed & donatio causa mortis praesentiam donatarii requirit. l. absentis. 10. ff. de donationibus. l. inter mortis. 38. ff. de mort. causa donat. Michael Grafus lib. 1. recep. sentent. §. donatio causa mortis, q. 9. n. 1. Gomez lib. 2. ver. resolut. jur. civ. c. 4. n. 16. Simon de Pret. in tract. de interpret. ult. volunt. lib. 2. interpret. 1. solut. 12. n. 25. Frideric. Pruckman. consil. 12. n. 67. consil. 13. n. 146. & consil. 34. n. 18. vol. 1. Prach. Papiens. in forma libelli, quo agitur pro donat. gloss. ex causa donationis. n. 7. versic. sed donatio causa mortis & in forma libelli pro legato rei singularis, gl. valere debeat iure codicillorum n. 18. Hartman. Pili. q. 2. n. 22. lib. 1. Nicol. Boer. decif. 353. n. 3. Mathias Berlich. par. 3. conclus. practicabil. conclus. 2. num. 1. Quae \* praesentia donatarii adeo necessaria est, ut, etsi in testamento, in quo ejusmodi donatio facta est, adiciatur clausula codicillaris, quod debeat valere iure codicillorum, vel donationis causa mortis; non tamen, inde legata in vim donationis causa mortis obtineri possunt, si donatarius non praesens fuerit. Jaf. consil. 82. n. 5. versic. sed hoc non ubique, & n. seg. vol. 3. Hartman. Pistor. d. lib. 1. q. 13. n. 7. & seq. Pruckman. consil. 1. n. 175. vol. 2. Rolan. a Valle consil. 82. n. ut. vol. 1. Grassius dicit §. donatio causa mortis, quaest. 9. n. 2. Dominic. Card. Tullius tom. 2. practic. conclus. littera D. conclus. 639. n. 7. & sequenti, eosque noviter referens Berlichius dicit. conclus. 2. n. 3. HARR.

(b) Absenti. Item quod non valeat donatio absentis facta, habetur per Tiraqu. in l. si unquam. C. de revocan. donat. fol. 98. Rom. consil. 295. dec. 35. Barb. consil. 80. Boer. decif. 172. & 353. decif. Tolos. 389. Sed quid si referat penes donatarium vide per Arch. in consil. 17. col. 4. Quid si esset donatio tacita: quod valeat per Tiraq. de li. communi. fol. 143. Jaf. consil. 13. vol. 1. Idem de donatione dotis causa, per Dec. consil. 35. Idem de donatione facta absentis, si sit jurata: per Ruin. consil. 18. n. 12. in 1. Idem de donatione causa mortis etiam facta in testamento, vide per decif. Tolosian. 383. Quid de donatione ratificata vide Dec. consil. 247. col. 4. Ruin. consil. 57. numer. 3. vol. 1. GIACH.

(c) Non valet. Hoc intellige, nisi donatio facta absentis vallata sit traditione, ut sent. gloss. 1. in l. nec ambigi. C. de don. & ita intelligitur dictum Azon. in summi. C. de don. vers. cui possit donari, & hoc voluit Bald. & Cyn. in l. illud. C. de sacrosanct. Eccles. GOVEAN.

(d) Nuncio, vel epistola interveniente, potest donatio fieri absentis. Adde idem \* sententias Petrum Nicolaum Mozzium in tract. de donat. substantiabilibus, &c. nu. 23. Grassium d. §. donatio causa mortis, quaest. 9. n. 3. Hartmannum Pistoris d. quaest. 13. num. 2. cum segg. & Berlichium d. conclus. 2. num. 4. ubi plures citat. HARR.

(e) Vel pie causa. Adde quod donatio ad pias causas subsistit ante ratificationem, istam opin. veriorum, melioribusque rationibus fultam, ac magis communem, attestatur Joseph in decif. Paris. 29. sub num.

num. 18. factaque Ecclesiae haud revocatur, quoad filiorum supervenientiam, dist. quoad legitimum, commune Card. Paris. consil. 73. n. 24. GIACH.

4 Quae fit Ecclesiae, vel pie cause, &c. Adde ea de re videndos Petr. Nicol. Mozzium. d. tit. de substantiabilibus, &c. num. 23. vers. quod adeo verum est, &c. & Hartmannum Pistoris d. quaest. 13. numer. 5. & novissime Thadeum Pisonem lib. 4. var. resolut. ca. 3. num. 12. HARR.

QUESTIO XIII.

SUMMARIA.

EX CLARO.

- 1 Donatio facta absentis, notario stipulante, an valet.
- 2 Et an possit revocari priusquam ab illo absente accepta sit.
- 3 Et an possit revocari ante acceptance.
- 4 Et quid si donatarius decepsit ante ratificationem.
- 5 Et quid si donatio facta sit praesenti cum pacto, quod transferatur in aliquem tertium, qui sit absens.
- 6 Et an haeres donatoris possit tale pactum revocare.

EX ADDITIONIBUS.

- 1 An & quatenus donatio valeat, absentis & ignoranti facta, Notario acceptante donationem, remissive.
- 2 Nunquid possit fieri conventio quod aliquo casu contingente, res transeat in tertium absentem: & nam dator istiusmodi conventionem revocare possit, remissive.

**D**ictum est in praecedenti quaestione, quod donatio facta absentis, non valet. Pone, quod aliquis donet absentis cum interventu (a) Notarii, qui pro ipso absente stipulatus (b) fuerit, & acceptaverit, nunquid donatio valebit? Respon. ista est ardua quaestio in qua magna est confusio inter Scribentes: praeterea pro faciliori intelligentia scire debes, quod dupliciter potest considerari donatio collata in absente. Primo, quando ego dono aliquam rem Titio absentis. Secundo, quando ego dono aliquam rem Titio praesenti, hac conditione adjecta, ut aliquo casu adveniente res perveniat ad Caum absentem. Certum est enim in jure, quod licet regulariter alteri stipulari non possit: potest tamen donator in donatione apponere legem rei suae, ut aliquo casu adveniente perveniat in tertium l. in traditione. cum ibi not. ff. de pact. & ex huiusmodi pacto, seu stipulatione acquirunt illi tertio actio utilis sine cessione l. quoties. C. de donat. qua sub mod. & ita tenet Bart. in l. stipulatio ista §. si stipulet. nu. 3. in fin. ff. de verb. oblig. quem sequuntur communiter Doct. ut dicit Soc. consil. 115. nu. 1. lib. 4. Et licet text. in d. l. quoties. loquatur, quando appositum est pactum, ut aliquid ex re donata praestetur, tamen intelligendus est etiam, ut procedat, quando donatur species, & apponitur pactum de danda pecunia. Et haec opin. est communis, & tenenda, ut ait Soc. consil. 236. n. 1. lib. 2.

2 Primo ergo casu, quando aliquis donat Titio absentis, medio Notarii stipulantis, & acceptantis, non videtur dubitandum, quin donatio ipsa (c) valeat, & quare actio sine cessione: potest enim Notarius alteri stipulari, &c. ut late dixi infra, hoc eod. lib. §. stipulatio. Et ita hanc conclusionem esse in jure receptissimam attestatur Soc.

jun. consil. 64. nu. 4. lib. 3. Sed difficultas est, nunquid anrequam Titius ratificet, vel acceptet, ipsa donatio dicatur perfecta, ita quod ab ipso donante non possit (d) postea revocari? Respon. aut donator ante acceptance, vel ratificationem donatarii simpliciter donationem ipsam revocavit, & reperio, quod Paul. de Castro in vulgato suo consil. 105. post nu. 3. vers. Sola vero revocatio lib. 2. tenet, quod talis simplex revocatio facta per donantem non impedit, quod minus subsequi possit ratificatio per donatarium, & sic donatio ipsa perfici, tali revocatione non attenda, licet a multis illa decisio Pauli de Castro, in contrarium allegetur: & in hoc credo, quod opin. Paul. de Castro, sit vera, & communis, quamvis plerique attestantur, communem opin. esse in contrarium, scilicet, quod imo potest ante ratificationem donatarii per donantem revocari, & in specie Cagnol. in quo tutela §. nec pacifendo, in fin. ff. de regul. jur. quem refert Tiraquell. de consil. in 30. limit. n. 9. Alba. consil. 36. nu. 1. Quintimo Alciat. in c. cum coningat. nu. 324. & seq. usque ad nu. 331. tenet, quod talis donatio ante ratificationem non valeat, & quod si donatarius ante ratificationem moriatur, non possunt eius haeredes illam ratificare: & dicit, quod est magis communis opin. Et idem tenet in l. 2. §. ex his, nu. 3. ff. de verb. oblig. subdens, quod secundum hanc opinionem plures consulti, & ostendit illam esse communem, & de jure veram. Sed certe, ut dixi, contraria opin. est magis communis, scilicet quod non possit revocari, prout illam esse magis communem attestatur Goz. consil. 87. circa fin. & ex infra dicendis magis apparebit.

Aut vero donator non tantum simpliciter donationem ipsam adhuc non acceptatam revocavit, sed etiam rem donatam in alium cum effectu transtulit: & tunc multi adhuc allegant Paul. de Castro in alleg. consil. tenere, quod prima donatio per secundam revocari possit: tamen, nisi fallor, Paul. de Castro loquitur in aiis terminis, prout infra dicam. Bene verum est, quod ejus verbis colligitur, quod ipse fuit in hac sententia, dum ait, quod superveniens ratificatio, seu acceptatio, non praedicit iis, quib. medio tempore fuit jus quaesitum. Et secundum hanc opinionem, quod secunda donatio praedicit primae non ratificate, consulit Dec. consil. 226. & eam dicit esse communem Cagnol. in l. fin. nu. 272. C. de pact. Contrariam tamen sententiam, scilicet quod imo per huiusmodi donationem, intercedente stipulatione Notarii, absentis factam, sit quaesitum jus donatorio irrevocabiter, etiam ante ratificationem, ita quod non possit deinde donator rem ipsam in alium (e) transferre, tenuit Soc. jun. consil. 118. post nu. 12. vers. Non obstat terra lib. 2. ubi dicit, quod licet sit magna auctoritas Paul. de Castro, & Dec. tamen in hoc eorum opin. non videtur tenenda, & de iis dici possit illud: Quamdoque bonus dormitit Homerus, & ibidem, post nu. 16. dicit, quod contra eos est communis opin. quam refert Didac. in rubr. de testam. in 3. parte, post nu. 13. licet non satis perfecte judicio meo. Haec etiam opinionem sentit esse magis communem Soc. jun. consil. 121. nu. 8. & seq. lib. 3. Et dicit Apofit. ad Dec. in l. contractus. sub nu. 22. ff. de reg. jur. quod hae opin. de jure erat verior, & communis, licet Apofit. ad Alexan. consil. 31. sub nu. 16. lib. 6. dicat, quod hodie opin. Decii est crebrior, & regia constitutione in regno Franciae confirmata, quem refert Tiraq. (f) de constitutio. in 30. limit. nu. 9. Ego vero in hoc secundo casu considerabam, quod aut praefatus donatarius ante secundam (g) do-

(g) donationem adeptos erat possessionem rei (h) donatae: & tunc, cum adipiscendo possessionem videatur ratam habuisse donationem, non est dubitandum, quin prima donatio praevalcat secundae. Omnes enim conveniunt, quod in illis terminis etiam tacita duntaxat ratificatio sufficiat ad hoc, ut donatio irrevocabiliter perficiatur. Aut vero primo donatio non fuit tradita possessio, sed secundo: & tunc puto, quod res careat omni difficultate. Nam etiamsi prima donatio fuisset facta praesenti, & acceptanti: adhuc esset preferendus secundus donatarius, cui fuisset tradita res, secundum regulam l. quoties, ff. de rei vendic. Aut non fuit tradita res primo, neque secundo donatario: & tunc in pari causa censendum primum esse preferendum, etiamsi secundus prius acceptasset, licet hoc non transeat sine scrupulo, etiam praesupposita pro vera illa opinione, quod simplex revocatio donatoris non sufficiat, quam etiam tenuit Paul. de Castr. in alleg. cons. ut supra dixi, & re vera hic passus est valde dubius, & periculosus.

4 Tertius est casus, quando donator donationem non revocavit, neque rem in alium transfudit, sed antequam donatarius acceptaret, vel ratificaret decessit; & hoc casu consuluit Paul. de Castr. (si bene advertatur) quod haeredes donatarii non possunt ratificare huiusmodi donationem in praedictum haeredum donantis (quia in casu suo etiam donator erat mortuus) quibus (ut ipse dicit) jam erat jus quaesitum, eo quia per mortem donatoris erat in eos translatum dominium ipsorum honorum. Sed certe licet magna sit auctoritas Paul. de Castr. illa sua opin. mihi nunquam placuit: ex ea nam absurdum, scilicet, quod haeres, qui repraesentat personam defuncti, possit ejus facto contravenire. Praeterea si (ut ipsemet Paul. ibidem tenuit) ipse donator vivens non potuisset sola revocatione impedire ratificationem donatarii, ut dixi supra, vers. Primo ergo casu, quanto minus dicendum est, quod poterit illam impedire sola morte, quae in hoc casu non infert expressam, neque tacitam translationem. Nam acquisitio, quae fit per haeredem, non dicitur proprie fieri per viam alienationis a defuncto, saltem respectu alicujus rei particularis, cum sit alienatio necessaria legalis, ex qua non potest in proposito inferri aliqua revocatae voluntatis declaratio: & si casus contingeret, credo, quod non erraret Judex, qui contra opin. Pauli de Castro sententiam in hoc casu proferret, quae etiam expresse convincitur ex traditis per Doctores, quos allegavi infra vers. Sed pone.

5 Secundus est articulus, quando quis donat (i) alicui praesenti, cum pacto, quod aliquo casu adveniente, res perveniat in aliquem tertium absentem: & hoc casu non est pariter dubitandum, quin talis conventio valeat, & illi absenti quaeratur actio sine cessione: sive Notarius, sive etiam ipsemet donator stipulatus fuerit pro ipso tertio absente, ut dixi supra in principio questionis. Pari- ter etiam non est dubitandum, quin secuta ratificatio illius tertii, sit perfecta donatio, ita quod irrevocabiliter sit ipsi absentis jus quaesitum. Difficul- tas est, nunquid possit donator postea huiusmodi pactum revocare, antequam fuerit ab ipso tertio absente acceptatum. Dic ergo, quod siquidem Notarius pro absente acceptavit, non potest amplius illud pactum revocari in praedictum absentis, cui mediante stipulatione Notarii fuit jus quaesitum: etiamsi donator, & donatarius con- corditer vellent revocare. Et in hoc omnes con- cordant, ut dicit Socin. jun. in d. consil. 118. n. 13.

lib. 2. Hanc etiam opin. communem esse attestat Didacus lib. 1. resolut. c. 14. n. 11. Sed quid si nel- lus pro ipso absente acceptavit, nunquid poterit revocari? Respon. Bart. l. qui Roma. §. Flavius, n. 1. ff. de verb. oblig. tenuit, quod possit donator tale pactum remittere in praedictum ipsius ab- sentis: & opin. Bartol. dicit esse communem So- cin. in d. §. Flavius, n. 14. Et in l. 2. n. 66. C. de iure empht. quem refert Cagnol. in l. id quod nostrum n. 12. ff. de regul. jur. Ruin. consil. 182. post n. 21. versic. Nec obstat. lib. 1. Exea in Rubr. de pactis, n. 143. Et dicit Didacus in d. c. 14. num. 17. quod communi- ter Doct. sequuntur Bart. Idem dicit Gratus consil. 25. post n. 139. versic. Nec obstat, lib. 1. Contrariam autem sententiam, scilicet, quod imo non possit hoc casu tale pactum in praedictum ipsius tertii absentis, etiam ante ejus acceptationem, remitti, dicit esse communem Gulielm. de Bened. in repet. cap. Raynuitus, in verbo, Si absque liberis, vel 2. nu. 22. Roder. Suarez in repet. l. quoniam in prioribus, in declarat. l. regni. quest. 8. numer. 2. ubi plu- res enumerat tenentes hanc opinionem, & dicit, quod fere omnis schola Scribentium tenet contra Butr. Idem etiam dicit Suarez alleg. 19. Duennas reg. 216. in fin. & certe non potest negari, quin propter varias rationes, & aucto- ritates Doctorum hinc inde passus non sit valde arduus, & periculosus. Ego tamen, si casus con- tingeret, non audeam consulendo, aut judican- do recedere ab opin. Bart. quam credo esse ve- riorem: & magis communem, modo tamen res esset integra: quia scilicet, res adhuc tradita non esset per donatarium illi tertio, vel etiam non- dum evenisset casus, in cuius eventum donatio in illum tertium collata fuerat: nam iis casibus cre- derem non posse revocari, prout etiam fatentur omnes teste Didaco in d. c. 14. post numer. 13. vers. Principaliter & quinto, in quo capitulo ip- se Didac. multum eleganter tractat hanc mate- riam.

Sed pone, quod donator ipse, dum viveret, hoc pactum in favorem tertii absentis appositum non re- vocaverit, nunquid eo mortuo poterit ipse haeres illud revocare? Respondeo, quod non: & est commun. opin. ut attestatur Soc. in d. §. Flavius, n. 29. Exea in d. rubr. de pact. nu. 174. Didac. in d. c. 14. nu. 17. Videtur enim quodammodo donatio ipsa confirmata morte donantis, ita ut res non possit amplius dici integra, & consequenter donatio non possit revocari.

ADDITIONES.

(a) Cum intervenit Notarii, &c. An tunc quatenus donatio valeat, si facta sit absentis & ig- noranti, Notario acceptante donationem, late, & quidem diversimodo, post Clarum nostrum, exami- nant Bocerus in Commentariis de donationibus, cap. 3. n. 3. edit. 2. Riminald. Junior in Rubric. Instit. de donat. n. 14. Anton. Faber par. 2. de errorib. prag. de ad. 4. error. 1. & sequ. Mozzius in tractat. de donationibus, in d. c. 25. & d. Georgius Obrechtus de substantiis lib. 2. n. 25. & d. Georgius Obrechtus de substantiis lib. 2. n. 133. & aliquos subsi- quentib. HARP.

(b) Stipulatus fuerit. Quid si notarius non fuit stipulatus pro absente, An valeat, quando adest clausu- la: Quae donatio stipulata, & solemniter celebrata: & quod sic, vide per Ruin. in consil. 180. num. 11. & quod sic, vide per Ruin. in consil. 180. num. 11. & quod sic, vide per Ruin. in consil. 180. num. 11. & quod sic, vide per Ruin. in consil. 180. num. 11. & quod sic, vide per Ruin. in consil. 180. num. 11. & quod sic, vide per Ruin. in consil. 180. num. 11. & quod sic, vide per Ruin. in consil. 180. num. 11.

(c) Ipsa valet. Item quod donatio pro aliquo absente acceptata revocari haud possit per donatorem secundum omnes: vide per Caph. in consil. 33. sub n. 6. quod etiam dixi in d. colle. mea, numer. 66. GACH.

(d) Postea.

[1] Postea revocari. Sed quid si donatio sit facta ab- senti notario stipulante: & postea sit facta alia donatio secundo loco praesenti, & acceptanti, an prima donatio praevalcat? Vide per Ruben. consil. 117. Corn. consil. 50. num. 8. vol. 1. & consil. 2. vol. 3. Guid. Pap. decis. 49. & plenius dico in regul. meo constructum, verb. dona- tio. GACH.

[2] Transferre. Vide ad idem etiam per Caph. in d. consil. 33. numer. 7. ubi dicit errasse Castr. & ceteros tenentes donatorem transferendo rem donatam in alium, adeo praepredicare domino, ut tanquam re non integra donatione non possit ratificare, modo ab alio donatarii nomine fuerit acceptata. GACH.

[3] Tiraq. Quem vide ibi, qui limitat, declarat, & distinguit plenius. GACH.

[4] Secundum donationem. Item si donationes duae sint factae, quae praevalcat vide per Dec. in consil. 251. & 423. in fin. GACH.

[5] Possessionem rei donatae. Vide ad idem per Franc. Arret. in consil. 13. GACH.

[6] Quando quis donat alicui praesenti, cum pacto, &c. An tunc conventio fieri possit, quod aliquo casu adveniente, res perveniat in aliquem tertium absentem: & an donator huiusmodi conventionem sine pacto revocare queat, post Clarum hoc loco nostrum, abunde etiam de- clarat Mozzius sub d. tit. de substantiis, &c. n. 28. HARP.

QUESTIO XIV.

SUMMARIA

EX CLARO.

- 1 Donatio hodie etiam nudo pacto perficitur.
- 2 Et quid in donatione causa mortis.
- 3 Et quid in donatione remuneratoria.
- 4 Et quid in donatione praesumpta.
- 5 Et quid si donatio facta sit praesenti, & tacenti.
- 6 Et quid in pacto sine promissione de donando.

Ex Additionibus.

- 1 Non solum donatio inter vivos, sed etiam mortis causa, hodie nudo pacto perficitur.
- 2 Et quid, si donatio facta sit praesenti, & tacenti.

DE jure Digestorum in donatione requirebatur, quod interveniret stipulatio, vel traditio: hodie vero ex dispositione legis si quis argenteum, §. in aem. hoc Cod. de donat. donatio non requirit sti- pulationem, vel traditionem, sed nudo (a) pacto perficitur.

Et haec quidem conclusio de plano procedit in donatione inter vivos, prout loqui videtur tex. in d. l. si quis argenteum, sed punctus est, utrum habeat locum etiam in donatione causa mortis, ut scilicet etiam ipsa nudo pacto perficitur? Respon. quod sic. Ita tenet gloss. in lege cum pater, §. Mar- vio. in verbo Donabat, ff. de legat. 2. quae in hoc est communiter approbata, ut dicit Corn. consil. 226. in littera B. lib. 3. & consil. 237. in littera C. l. 4. Socin. consil. 122. nu. 1. d. 3. Et dicit Ruin. consil. 54. n. 4. lib. 1. quod cum illa gloss. concordat communiter omnes Doctores. Hanc etiam opin. dicit esse com- munem Alexand. consil. 113. n. 5. lib. 6. & in l. 2. n. 7. ff. de legat. 1. & in l. cum ex casu, quam legit cum l. cum tempus, nu. 2. & post nu. 4. ff. de re jud. quem refert Bertrand. consil. 168. n. 5. lib. 3. in 2. parte. Jas. in §. in personam, nu. 61. Instit. de act. Dec. consil. 254. circa fin. Bertrand. consil. 156. n. 11. & 12. lib. 1. in 2. parte, & consil. 207. post n. 1. eod. volum. Gomez. in d. §. in personam, post n. 43. versic. Item circa illud quem refert Didac. in rubr. de testamentis, in 3. parte. n. 14. Nulla enim fuit ratio diversita- tis, cur aliud hoc casu dici debeat in donatione causa mortis, quam in aliis donationibus statu- tum sit.

Jul. Clar. Sentent. Pract. Civil. Tom. I.

Quaero, an dispositio d. leg. si quis argenteum, habeat locum in donatione remuneratoria? Respon- do, quod non. Ita tenet Bart. in l. jurigentium §. quini- mo, nu. 20. ff. de pact. & hanc opin. dicit esse com- munem Jas. in d. §. quini mo, num. 19. & sequent. Cum enim haec donatio non possit proprie dici li- beralitas, ut dixi supra quest. 3. Non videntur illi convenire verba d. legis si quis argenteum. Ego tamen si audeam, facile inclinarem in contrariam senten- tiam, quae etiam a quor videtur. Magis enim fa- vendum videretur huic donationi, qui fovetur praesistente causa benemeritorum, quam simpliciter donati, quae soli liberalitati innititur. In judican- do tamen non recedas a communi, quia lex magis favet liberalitati.

Item quaero, nunquid dispositio d. leg. si quis ar- gentum, habeat locum in donatione praesumpta? Respon. quod non. Ita dicit Bart. in d. §. quini mo, post n. 20. qui in hoc communiter approbatur, ut ait Alexand. in l. si aliquam, in ultimis verbis, ff. de acquir. poss. Hoc enim casu duae improprietates, seu duo specialia concurrent. Primum, quod praesumeretur donatio, ubi non esset. Secundum, quod ex pacto nudo daretur actio. Exemplum autem hu- jus donationis praesumptae poni potest in confessio- ne dotis facta constante matrimonio, ut dixi infra §. dos.

Sed pone, ego dono (b) alicui, qui est praesens, & tacet, nunquid talis praesentia cum taciturnitate inducit consensum: ita quod censetur inductum pactum, & consequenter valeat donatio, juxta dis- positionem d. leg. si quis argenteum? Respondeo, quod sic: & est communis opinio, ut ait Cagnol. in l. semper qui non prohibet, n. 3. ff. de reg. jur. Exea in rubr. n. 108. quem refert Didacus in rubr. de testam. in 3. parte, post n. 13. versic. Verum si donatarius. Et si dicas, quod secundum communem conclusionem, de qua supra, dispositio d. leg. si quis argenteum, non habet locum in donatione praesumpta? Respon- deo, quod hoc casu non est consensum praesumptus: nam promissio facta praesenti, est verus, & proprie pactum, ut dixi infra hoc eod. lib. §. pactum.

Dispositio d. leg. si quis argenteum, proculdubio lo- cum habet in donatione: Sed quid in pacto, sive promissione de donando? Respondeo, in hoc articulo, Doctores sunt varii. Nam aliqui tenebant, quod non: & hanc opin. dicit esse communem Aletai, in l. 1. in principio, post nu. 16. ff. de ver- bor. obligat. Aliqui vero tenebant contrarium, scilicet, quod imo etiamsi non interveniat stipulatio, neque traditio, talis promissio valet, & obligat promittentem, etiam solo pacto nudo interveniente. Et hanc opin. dicit esse communem Socin. in consil. 102. post num. 4. l. 3. Gomez. in §. in personam, nu. 39. & sequ. Instit. de actio. Ripa lib. 3. respond. cap. 14. n. 1. & sequenti: & hanc opin. tanquam ve- riorem, & magis communis mihi magis placet: nam considerato effectu, & substantia verborum, nihil aliud est promissio donandi, quam donatio: & in dubio semper inclinare debemus in sententiam, per quam actus efficac reddatur.

ADDITIONES.

[a] Sed nudo pacto perficitur. Item quod donatio nudo praesumpta, probatur etiam, in l. cum de in- debito ff. de probat. l. si iustitiam ff. de donat. l. contra juris, §. in fin. ff. de pact. juncta l. oblig. generi de pignor. & habetur per Jas. in consil. 193. vol. 2. & in consil. 160. vol. 4. Tiraq. in l. si unquam, fol. 188. Quod maxime procedit inter personas prohibitas. Corn. consil. 145. col. 6. lib. 2. Item in ascendente erga descendentem in eo, ad quod non tenetur, licet in pensis sit modica per Crav. consil. 86. n. 2. & 164. sub n. 6. ubi etiam e converso sic Fal- lit, quando praecesserit, per Tiraq. d. l. si unquam pag. 151.

O Item

Item fallit si aliqua addit conjectura etiam levissima per Fel. in c. si causus de fid. in fin. m. nu. 5. Item fallit inter conjunctos, secundum Anchar. con. 69. ol. 2. Verum contrarium in hoc vide per Alexand. in consil. 167. n. 10. 11. & seq. vol. 7. Tu intellige in miris per Jaf. con. 193. vol. 1. Item fallit si intervenit et tractio gl. in §. in m. nu. 8. & ibi per Jaf. col. 3. in fin. de alio. Soc. in consil. 73. col. 6. Dec. cons. 644. col. 2. Item fallit pro validitate actus secundum Anchar. d. con. 69. col. 2. Item fallit favore dotis etiam inter extraneos, per Cravet. consil. 15. n. 9. Item presumitur tribus concurrentibus sanguinis conjunctio, longum tempus, & rationis non reditio, per Crav. consil. 139. quoniam inter scientes ex quibus presumi dicit. Item presumitur donatio ex observantia subsequita, ubi probari non potest, per Crav. in consil. 277. nu. 2. Sed nunquid presumatur ex simpliciter donatione vide per Socin. consil. 93. col. 9. Gomez. in §. hic itaque, col. 3. In fin. de alio. Inducitur, quando quis patitur rem suam describi pro censu solvendo l. censuatus, C. de donat. intellige tamen, ut per Crav. consil. 225. col. 2. Item donatio presumitur ratione sanguinis & dotis per Crav. consil. 159. & presumitur dotis favore etiam, ubi alia causa potest presumi, per Crav. consil. 12. n. 11. etiam in extraneos, per Crav. in consil. 15. n. 9. dato quod solvens esset obligatus ad illam quantitatem, per Alb. ubi supra. Item presumitur, quando filia unius fratris fuit dotata de bonis communibus cum alio fratre eo non contradicente, per Alb. d. consil. 12. n. 4. Crav. consil. 159. n. 4. GIACH.

1 Sed nudo pacto perficitur. Quod si non solum donatio inter vivos, sed etiam mortis causa hodie nudo pacto perficitur, post Clarum nostrum, & ab eo hic laudatos, tenent & probant Michael Grassus lib. 1. recept. sent. §. donatio causa mortis. q. 8. n. 1. Mozzius in tract. de donationibus sub tit. de substantialibus. & c. n. 1. Ti-raquell. in repet. leg. si unquam 8. in verbo donatione largitus, num. 248. C. de revocand. donationib. & Thadeus Pilo lib. 4. var. resolut. c. 3. n. 3. ubi plures laudat. Qua de re videatur quoque D. Boccer. in Comment. de donat. c. §. n. 8. HARP.

(b) Ego dono alicui, qui est praesens, & tacer. Quod taciturnitas si donarii praesentis inducat acceptationem, & consequenter consensum: sicque ex utriusque mutuo consensu donatio firmetur, ultra Clarum hic nostrum, & ab eo allegatos, tenent Angel. 183. Curt. jun. & Puzpurat. in rubr. C. de pact. Jafon. in rubr. ff. de verb. oblig. Socin. consil. 12. vol. 1. Valsquius lib. 2. controvers. illustr. c. 62. num. 3. Grassus in d. §. donatio causa mortis, q. 8. num. 2. cosque referens Thadeus Pilo d. lib. c. 3. num. 16. verbe contrarium, & c. Quibus adiciendus est Mozzius in d. tract. de donat. tit. de substantialibus. & c. n. 24. HARP.

QUESTIO XV.

SUMMARIA.

EX CLARO.

- 1 Donatio excedens summam quingentorum solidorum debet insinuari.
- 2 Insinuatio quid sit.
- 3 Et quomodo fiat.
- 4 Et an requiratur, quod fiat in loco iudicii.
- 5 Et an in insinuazione requiratur decretum iudicis.

EX ADDITIONIBUS.

- 1 Insinuatio donationis, summam 500. solidorum excedentis, ob quas rationes fieri debeat.
- 2 Solidus in iure nostro est aureus.
- 3 Ratio, cur aureus dicatur solidus.
- 4 Donatio absque insinuazione, ad quam nostratum aureorum quantitatem hodie fieri possit, remissive.
- 5 Statutum, & consuetudo loci de donationis insinuazione spectanda.
- 6 Insinuatio quomodo definitur, remissive.
- 7 Curam quo iudice insinuatio expediri queat.
- 8 In donacionis insinuazione debet apparere de vo-

imane iudicis, quod donationem ad acta referri velit.

Sciendum est etiam, quod ex dispositione l. sanimus, in C. de donat. cautum fuit, quod omnes donationes excedentes summam trecentorum solidorum debent (a) insinuari: sed deinde summa fuit aucta per l. pen. §. fin. C. de donatio. usque ad summam quingentorum solidorum. Facit ergo regulam, quod in quacunque donatione (b) excedente summam 500. solidorum, necessario requiritur, quod donatio ipsa insinuetur, alias non valet. Ipsi autem quingenti solidi hodie faciunt summam septingentorum (c) scutorum istius temporis: & ita interpretatur communis opinio, ut dicit Bellen. consil. 74. n. 22. imo Duen. in reg. 224. limit. 19. in fin. dicit, quod hodie valet etiam ultra mille aureos. Et in proposito quomodo intelligatur solidus legalis, dixi inf. lib. 7. §. solidus. Quod nota, ne forte tibi eveniat, prout illi Iudici Montis Fulciani, qui revocavit quandam donationem factam ultra trecentas libras, quatenus excedebat summam viginti-quinque librarum, de quo mentionem facit Joan. Andr. in addit. ad Spec. in tit. de don. §. porro, in ult. Apostol. circa fin. ubi refert Ros. de illo dicentem, quod non erat (d) Iurista, licet gustasset de brodio juris. Et quia hoc loco incidit mentio insinuacionis, cuius materia multoties contingit in practica, non solum propter dispositionem iuris communis, sed etiam propter statuta, quae in multis locis disponunt insinuaciones donationum, vel testamentorum fieri debere: non impediens erit aliqua praemittere ad intelligentiam terminorum.

Quaro ergo, quid sit (e) insinuatio? Respon. quod est per superiorem (f) auctoritatis praestatio. Et licet haec non sit bona, neque congrua definitio, neque descriptio; tamen consuetudo videtur hanc descriptionem admittit, ut dicit Alber. in l. illud post n. 2. C. de sacros. Eccles. & in hoc non insisto, quia plerumque in huiusmodi diffinitionibus tempus contere- re est profus inutile.

Quaro etiam, quomodo fiat insinuatio, & an possit fieri unico contextu cum ipsa donatione? Resp. quod sic: & ideo practica insinuacionis faciendae est, quod donatio recitatur ad scripturam, & postea coram iudice publicetur, & registratur apud acta; vel etiam sufficit, quod donatio ipsa scribatur, & publicetur coram iudice absque alia scriptura, vel registratione. Et ita apud nos servari attestatur Jo. Andr. in addit. ad d. §. porro sub nu. 4. in fin. Hanc etiam esse communem opin. & ita communiter servari attestatur Guido Pape consil. 23. num. 11. in c. cum coningat, num. 9. de iurejur. quem refert Corn. consil. 16. in lit. A. lib. 3. ita etiam apud nos servari dicit Ant. Can. de insin. in 1. par. nu. 4. & seq.

Uterius quaro, nunquid requiratur, quod insinuatio fiat in loco iudicii? Respon. quod non, sed sufficit, (g) quod fiat coram Iudice, etiam alibi, quam in loco iudicii: & ita communiter observatur, ut dicit Jo. Andr. in addit. supra allegata. Imol. in d. c. cum coningat, post nu. 93. Est enim hic actus, qui non requirit plenum causae cognitionem, praetercaque est actus voluntarie jurisdictionis, ut tenent Doctores, teste Canar. de insinuatio. in 1. par. n. 14. merito potest ubique exerceri: intellige modo si iure honestus, & carens suspicione.

Item quaro, an in insinuazione requiratur decretum iudicis? Resp. quod non. Ita tenet Bart. in l. Modestinus, post n. 3. ff. de donat. & est commun. opin. ut dicit Corn. in d. consil. 36. in lit. B. lib. 3. Cum enim

enim donatio ipsa dependeat ex sola donantis voluntate, non est opus neque causae cognitione, neque decreto, sed sola ipsius iudicis praesentia sufficit.

ADDITIONES.

(a) Insinuari. De non insinuata donatione vide per Menoch. consil. 161. Rationes, ob quas donationes insinuari debent, sunt quatuor: quas vide apud Duen. regul. 214. ubi habes reg. cum 2. ampliationio. & 19. limitationibus. GIACH.

(b) In quacunque donatione excedens summam 500. solidorum necessario requiritur, quod donatio ipsa insinuatur. Rationes, ob quas donationis quingentorum solidorum summam excedentis insinuacionem fieri necesse est, quatuor a Doctores assignantur. Prima est: ut inter donationem, & insinuacionem possit deliberare donans, an sibi expediat donationem perire, neque, arguunt. Novell. 25. cap. 1. verbe, ut liceat homini intra id spatium plenissime deliberare, & declarare perseverantiam mentis ipsius donationis: sicuti dicitur de actu geminato in l. Ballista 27. ubi glo. & DD. ff. ad S. Trebellian. Tertia est ratio: ut tollatur omnis suspicio fraudis, & deceptionis, l. d. n. 27. C. de donationibus. Quarta ratio est: ut occurratur fallis probationum modis, argum. l. fin. C. de fideicommissis. Anton. de Canario in tractat. de insinuat. part. 1. quest. 9. num. 18. Petrus ad Duen. reg. 224. Roland. a Valle consil. 70. n. 17. l. 2. Berous consil. 56. nu. 9. lib. 1. Petrus Nicolaus Mozzius in tract. de donationib. tit. de substantialibus. seu quae requirantur in donat. nu. 7. Rebuffus in insinuat. art. 1. gl. 1. n. 2. Menoch. consil. 161. n. 19. & seq. lib. 3. & D. Collega Boccer. in Comment. de donat. ca. 3. n. 57. edit. 2. HARP.

(c) Septingentorum scutorum istius temporis. Adde ad idem & per Nat. in consil. 28. col. 1. qui alios refert conor. GIACH.

Quingenti solidi hodie faciunt summam septingentorum scutorum, & c. Breviter hic addendum, quod si solidus in libris juris notui nihil aliud sit, quam aureus. Nam quod dicitur solidus in §. fin. Instit. tit. de pen. tenere utique aureus appellatur in l. penult. & c. ff. de in jus vocand. Andr. l. 2. observat. 39. n. 1.

3 ubi ait, ad communiter receptum esse. Aureus tamen duabus de causis dicitur fuisse solidus: primum, quod ex auro puro constabat, & siquidem solidum veteris integrum vocabant. Deinde, ut ab eo discerneretur, qui dimidiatus, aut dimidiato minor erat, hoc est, semisse, & semisse auctore D. Bocero d. comment. de donat. cap. 3. n. 62. Verum tamen cum hodie nostrates auri minoris sint pondus, quam auri Iustitiani, non usque adeo expeditum est, ad quam auroreorum nostratum quantitatem donatio absque insinuacione hodie valeat. Qua de re, post Clarum nostrum, varii varia litteris procederunt: ut videre est ex Vurmleco in tract. obser. tit. 49. de verb. signif. observat. 11. Bernardo Greveno, lib. 2. consil. 39. consil. 2. Joan. Gutierrez tractat. de juramento confirmatorio. c. 7. num. 4. & seq. Joan. Koppen. decis. §. n. 16. & seq. Joan. Schneidevino ad §. alio 2. tit. 1. Instit. de donationibus 24. hosque laudante D. Bocero, d. c. 3. n. 65. & seq.

4 Sane si tamen extet loci statum, vel consuetudo, ad quam usque summam citra insinuacionem donatio valeat: ea omnino attendi, observarique debet. Hinc Colonia usque ad 1200. aureos, & Aquigrani ad 2000. aureorum monetae currentis (ut vocant) donatio absque insinuacione facta sufficit, teste Gaillo d. lib. 2. observat. 39. n. 4. & Obrechtio disput. 2. de donationib. tit. 108. HARP.

(d) Iurista. Quinimo hodie reperitur Iurista, qui inauditas sibi fabricant opin. atque tenaciter illas contra jus servant: ut dixi in sing. meo 371. superiorem diebus. GIACH.

(e) Quid sit insinuatio. Insinuacionem tamen aliter definiunt, ut constat ex Bart. in l. Modestinus 23. ff. de donationibus. Schneidevino ad d. §. alio 2. n. 7. Instit. eo. Anton. Gabr. tit. de donat. lib. 3. conclus. 1. Joseph. Ludovic. commun. conclus. 7. D. Obrechtio d. disput. 2. tit. 138. & Petro Nicolaus Mozzio d. tract. de donationib. tit. de substantialibus, seu quae requirantur in donat. n. 6. HARP.

Jul. Clar. Sentent. Pract. Civil. Tom. I.

(f) Per superiorem auctoritatis praestatio. In statu, & ditione civitatis Ferrariae duo habemus statuta: unum de solemnitatibus lib. 2. c. 99. fol. 92. alterum lib. 2. cap. 79. de donat. inter vivos, ultim. dispositio. & c. fol. 307. quae sunt in viridi observantia: illi videnda sunt, atque observanda per subditos. Et scias, quod donatio, etiam jurata, non servata forma statuti probatoria, haud valet: communem vide, per Roland. consil. 43. in princ. vol. 3. Et semper adverte, quod tante est virtutis, efficaciae, atque potentis insinuatio, quod ei haud potest renunciari: per Roland. in consil. 39. numer. 35. cum sequenti. Ubi non potest insinuacionis defectus purgari per renuntiationem, quia non valet dato, quod esset juramento firmata. Et ista est communis ratio, quia insinuatio est introducta ad publicam utilitatem: cuius interest, ne quis re sua male utatur: & juramentum contra publicam utilitatem non valet, & communem esse attestatur Barb. in consil. 16. vol. 2. & (ut dixi) in ditione statuti Ferrariae haud est a statuti forma recedendum. Et quando variatur in excessu, per Roland. in consil. 19. numer. 14. in consil. 39. n. 39. & in consil. 63. nu. 15. qui alios allegat, quicquid dicitur Soc. in l. 1. ff. solution. matrim. Idem de illa communis in collecta meo commun. opin. verb. donatio, num. 98. & na. 99. & 110. duas postui fall. GIACH.

(g) Sufficit, quod fiat coram iudice & c. Expediri tamen insinuacionem posse apud quemvis iudicem, etiam bona alibi sita sint: liquet ex d. l. d. n. 27. ubi Bartol. & l. in hac sacrosanctissima, 30. C. de donationibus, & notant Hippolytus Riminald. ad §. 1. nu. 165. Instit. de donat. Gail. d. lib. 2. observat. 39. n. 28. & observat. 121. num. 5. Emanuel Soares in thesaur. recept. sentent. in verbo 1. num. 107. & Dn. Bocerus d. Commentar. de donationibus cap. 3. nu. 49. ubi num. 50. sufficit, tutius esse, fieri insinuacionem istam coram iudice competente, cui scilicet donator, vel res donata subiecta est: ut notata Guldonis Pape quaest. 325. & Schneidevino, ad d. §. alio 2. num. 11. Instit. de donationibus. Sola tamen iudicis praesentia non sufficit ad donationis insinuacionem: sed insuper necesse est, ut de voluntate iudicis appareat, quod donationem ad acta referri, atque ita insinuati eam voluit: quemadmodum, post alios, firmat Ant. de Canar. praedito tract. de insinuat. part. 1. q. 9. nu. 30. & sequitur Hartman. Pistoris lib. 3. q. 9. nu. 15. nec non D. Bocerus d. cap. 3. n. 56. HARP.

QUESTIO XVI.

SUMMARIA.

EX CLARO.

- 1 Insinuatio an requiratur in donatione tacita, vel praesumpta.
- 2 Et an in pacto gratuito, vel simplici liberatione.
- 3 Et an in pacto de non petendo.
- 4 Et quid in cessatione facta ex causa donationis.
- 5 Et quid in donatione reciproca.
- 6 Et quid in donatione ob causam.

EX ADDITIONIBUS.

- 1 Nunquid insinuatio requiratur in donatione praesumpta, vel tacita.
- 2 Et an in remissione ex causa donationis facta.
- 3 Et an in pacto gratuito, vel simplici liberatione.
- 4 An nem in donatione reciproca seu remuneratoria, remissione.

His sic praemissis, redeo ad conclusionem superius factam, scilicet, quod in quacunque donatione, quae excedat summam quingentorum solidorum (a) requiritur insinuatio, alias nihil valet, & in primis quaro, an haec conclusio (b) habeat locum etiam in donatione tacita, vel praesumpta? Resp. quod etiam in illa requiritur insinuatio. Ita colligitur ex doctrina Bart. in l. 1. n. 2. ff. de donat. quam dicit esse communiter approbatam Curt. jun. consil. 126. circa fin. Potuisset allegare Bart. hoc clarius dicentem in l. fin. in princ. num. 3. C. de iur.

de jur. dot. ubi infert ad confessiones, quas mariti faciunt de dotibus receptis, que habent vim donationis tacite, seu presumpse & est valde notabilis decisio, & que aliquando mili magno honorem fecit in practica.

Item quæro, an etiam (c) in pacto gratuito, sive liberatione simplici, facta non expressa causa, requiratur insinatio? Respon. quod sic, si excedit summam quingentorum solidorum. Ita tenet gloss. vulgarissima in l. si quis obligatione, ff. de reg. jur. & est communis opin. ut dicit Alexand. in l. creditori, numer. 4. Cod. de pact. quem refert Dec. ibi, numer. 12. & in d. l. si quis obligatione, numer. 10. & Soc. in d. l. creditori, in 2. notab. Calcan. conf. 25. num. 23. Jal. conf. 399. col. 2. vers. Sexto istam lib. 2. Curt. jun. conf. 47. numer. 3. Cagnol. in d. l. si quis obligatione, numer. 4. quem refert Duen. reg. 224. in 1. ampliatur. Alciat. in l. dedisse, ff. de verb. signif. qui dicit, quod hoc communiter approbatur. Didac. lib. 2. resol. e. q. n. 8. Et quod in pactis liberatoris requiratur insinatio, dicit communiter teneri Claud. in d. leg. creditori, nu. 1. Cum enim appareat de animo donandi, ex quo nulla causa subest, idem judicatur, quod de donatione expressa.

Eademque ratione habet locum (d) conclusio, etiam in pacto de non petendo. Nam si debitum sit liquidum, & excedat summam quingentorum solidorum, erit necessaria insinatio: & ita magis communiter tenetur, ut dicit Alex. in l. Nefemius, §. fin. ad l. Falciol. Hanc etiam dicit esse communem opin. Ripa in l. si unquam, n. 39.

Idemque si fit facta cessio ex causa donationis, pariter erit necessaria insinatio. Et hæc est communis conclusio, ut ait Curt. jun. conf. 126. paulo ante fin. Nam ubi appareat de intentione, non est curandum, quomodo verba concepta fuerint: & generaliter, quod remissio, vel renunciatio; vel indebita solutio scienter facta, sit donatio, & insinatio indigeat, dicit esse magis communem opin. Calcan. conf. 25. post nu. 23. vers. sed potest.

Sed nunquid (e) in donatione reciproca, seu vicissitudinaria requiratur insinatio? Resp. quod non. Ita consulunt Oldrad. conf. 139. n. 13. & hæc opinio est per omnes approbata, ut ait Curt. jun. conf. 81. n. 5. Talis enim non dicitur proprie donatio, ut dixi sup. quest. 2. vers. Item quæro.

Sed quid dicendum in donatione ob causam? Respondeo, quod in illa non requiratur insinatio, presertim si est facta animo remunerandi. Ita tenet Bart. in l. Aquilius Regulus, nu. 3. ff. de don. qui in hoc communiter approbatur; ut dicit Soc. jun. conf. 77. num. 152. lib. 1. Idem etiam dicendum est, ubi facta esset donatio ob causam, vel de futuro, maxime si essent onerosæ, & tendentes ad diminutionem patrimonii, vel bonorum futurorum, secundum Bart. in loco preallegato, & est communis opin. ut dixit Alex. conf. 113. n. 31. lib. 6. Hujusmodi enim donationes, cum aliam habeant causam, quam liberalitatis, proprie donationes dici non possunt, ut dixi supra.

ADDITIONES.

(a) Quingentorum solidorum. ] Intellige de aureis, quorum septuaginta duo faciunt libram auri; per Roland. d. conf. 39. n. 44. Nat. conf. 165. in fine, que quingenta hodie ascendunt ad 670. ut attestatur Soc. jun. conf. 67. & 118. lib. 2. & conf. 101. lib. 3. Et secundum Nat. eodem conf. 28. col. 1. hodie ad faciendam auri libram 96. auri concurrunt; unde hodie factio calculo, ultra 700. aureos dicit valere donationem. Ciacchi.

[b] An hæc conclusio habeat locum etiam in donatio-

ne tacita. ] Quod si insinatio etiam requiratur in donatione presumpsa, vel tacita, ultra Clarum hic notandum, & alios ab eo allegatos, tradunt Josephus Ludovic. commun. conclus. 17. vers. an eadem, & c. & Petrus Nicolaus Mozzius in tractat. de donationibus subtil. de substantialibus, seu que requirantur in donat. num. 17. vers. idem erit dicendum, & c. ubi subdit, si facta sit remissio ex causa donationis, idem necessarium esse insinuationem: eo quod, si appareat de intentione & effectu, non sit respiciendum, quomodo verba concepta fuerint, per notata Curti Junioris conf. 128. & Calcan. conf. 25. post num. 23. HARP.

[c] An etiam in pacto gratuito &c. ] In pacto quoque gratuito, vel liberatione simplici facta non expressa causa, si summam quingentorum aureorum excedat, insinuationem desiderat, præter Clarum, & ab eo cumulos hic, tenet Tiraqueillus in l. si unquam, 8. in verb. donatione largitus num. 179. & num. 176. Cod. de revocand. donat. Mozzius dicit. num. 17. alique per hos adducti. HARP.

[d] Habebit locum conclusio etiam in pacto de non petendo. ] Adde etiam sententias Constant. Rogerium in l. 4. in adibus, 9. ff. de donationibus. Tiraqueillus in d. l. si unquam, 8. in verb. donatione largitus, n. 196. cum seq. C. de revocand. donat. & Mozzius d. rit. de substantial. & c. n. 18. HARP.

[e] Nunquid in donatione reciproca, &c. ] Quod si donatio reciproca, & remuneratoria non exigat insinuationem, ostensum est supra ad question. 2. nu. 7. & question. 3. nu. 4. HARP.

QUESTIO XVII.

SUMMARIA.

EX CLARO.

- 1 Insinatio an requiratur in donatione facta Ecclesie.
2 Donatio non insinuata nunquid annulletur in totum, an autem solummodo quatenus excedit summam quingentorum solidorum.
3 Et an donatio inter virum & uxorem, quatenus non est insinuata, confirmetur morte.
4 Et quid si in donatione apposita sit clausula, quod nulli consensu plures donationes non excedentes summam quingentorum solidorum.
5 Et an possit per pactum renunciari insinuationi.

EX ADDITIONIBUS.

- 1 An donatio Ecclesie, & piis causis facta sine insinuatione valeat, si legitimam excedat.
2 Ecclesia ultris est, & auctrix justitie.
3 Quibus casibus donatio ultra quingentos aureos facta subsistat.
4 Coram Principe nihil occulte fieri intelligitur.
5 In Principe nullus dolus timeri potest.
6 Princeps legibus solutus.
7 Liberalitas Principis nullis cancellis coerceri debet.
8 Quod de Romanorum Imperatore cautum est, non extendi quæso possit ad Duces, & Principes, cæterosque Imperatore inferiores.
9 Nostri hodie Duces, Principes, Comites, &c. in suis territorii Imperatori comparantur.
10 Liberalitatem exercere primam est Principum, & Nobilium.
11 Donatio facta Imperatori à privato, insinuationem non exigit.
12 Equid donatio non insinuata annulletur in totum, an solummodo quatenus excedit summam legitimam.
13 In dividendis utile per inutile non vitatur.
14 Superfluum illud quo renovatio reputatur.

Successive quæro, nunquid prædicta conclusio, que habet insinuationem, requirit in quacunque donatione excedente summam quingentorum solidorum, habeat locum etiam in donatione facta Ecclesie, vel piæ causæ? Respondeo, quod non. Illa enim valet absque insinuatione; & licet per dispositionem l. illud, C. de sacros. Eccles. solummodo concederetur donari Ecclesie sine insinuatione, usque ad summam quingentorum solidorum; quo tempore non licebat privatis donare sine insinuatione, nisi usque ad summam trecentorum solidorum; tamen ex quo post illam legem supervenit dispositio, l. penult. C. de donat. que concessit etiam privatis donari sine insinuatione usque ad summam quingentorum solidorum; pariter etiam extendi debuit privilegium Ecclesie ultra illam summam; & sic hodie (a) tenendum est, quod valet donatio facta Ecclesie ultra quingentos solidos, sine insinuatione. Ita tenent Bartol. in d. l. illud, n. 4. & ita communiter teneri attestatur Felyn. in c. Ecclesie S. Marie, post n. 82. de consuet. Hanc etiam opin. dicit esse communem Jal. conf. 169. n. 8. lib. 3. Ripa lib. 3. Resp. c. 11. num. 10. Petrus Rebuff. de privilegiis scholarum. privileg. 64. quem refert Duennas reg. 224. in 6. limitatione. Cum enim necessitas insinuandi proveniat ex dispositione juris civilis, illa attendi non debet in præjudicium Ecclesie, vel piæ causæ, ut dixi supra lib. 1.

Sed quæro, ego feci donationem alicui de summa mille aureorum, & non feci illam insinuari, nunquid (b) donatio vitabitur in totum? an autem solum quatenus excedit summam quingentorum solidorum? Respon. quod solummodo vitatur, quatenus excedit (c) summam quingentorum solidorum; tex. est in l. sancimus in princ. C. de donat.

Sed hic incidenter quæro. Tu fuis, quod donatio inter virum, & uxorem confirmatur morte, ut dixi sup. q. 9. vers. Scias autem. Scis etiam, quod si excedit summam quingentorum solidorum, ad hoc ut confirmetur morte, requiritur, quod sit insinuata; alias vero si non sit insinuata, non confirmatur, ut est tex. expressus in l. donationes, l. 1. C. de donat. inter vir. & uxor. Nunquid (d) talis donatio excedens quingentos solidos, & non insinuata, non confirmabitur in aliquo, & sic proflus corrumpit; an autem sustinebitur usque ad summam quingentorum solidorum? Resp. Salic. in d. l. donationes, l. 1. post n. 3. tenent, quod in nihilo confirmabitur; ex quo hoc est defectus in re, & in persona. In re, quia non fuit insinuata; in persona, quia inter conjuges non valet donatio. Tu vero tenes contrarium, prout etiam expresse sonant verba d. l. donationes, dum dicit amplioris quantitatis &c. & ita illud dictum Salic. est magis communiter reprobatum, ut dicit Bellon. conf. 4. post n. 11. Et hæc etiam opin. est a quor.

Sed ponat, aliquis fecit donationem, quæ in totum excedat summam quingentorum solidorum, sed in instrumento apposuit clausulam, quod volebat censeri plures donationes non excedentes pro singula summam quingentorum solidorum, nunquid hæc cautela proderit, ita ut donatio ipsa propter defectum insinuationis non vitetur? Respond. quod nihil proderit tanquam facta in fraudem legis insinuationem requirentis, & ideo donatio ipsa nihilominus vitatur. Ita dicit Bart. in d. l. Modestinus, num. 10. ff. de donat. cuius opin. communiter approbatur, ut dicit Alexan. in l. si filiofam. §. fin. post nu. 25. vers. Sed certe. Bald. ff. solut. matrim. quem refert Didac. lib. 2. resol. cap. 16. post n. 4. Roma. conf. 26. post n. 2. ubi dicit, quod hæc est omnium opin. Hanc etiam opin. dicit esse communem Jul. Clar. Sentent. Pract. Cril. Tom. 1.

munem Soc. conf. 77. post n. 19. lib. 1. Canar. de insinu. in 2. parte, q. 25. Alias facile posset claudi dispositio legis, apponendo in donatione cuiusvis summe illam clausulam, quod nullo pacto esset dicendum.

Sed nunquid poterunt partes (e) renunciare insinuationi? dixi infra hoc eadem lib. (f) §. Renunciatio.

ADDITIONES.

(a) Hodie tenendum est, quod valet donatio facta Ecclesie, &c. ] Est interpretis plerique affirmant, quod si donatio collata in Ecclesiam, vel alias piæ causas insinuationem respuat, licet legitimam excedat summam, ut constat ex Claro nostro, & Anto. Gabriel Roman. lib. 2. commun. conclus. rub. de donationibus. conclus. 1. n. 28. & alii ab his conceptis: attamen erroneam hæc esse assertionem: arguit textus in l. si quis argenteus, §. §. ultim. vers. tantoque magis, C. de donat. & l. illud 19. C. de Sacrosanct. Eccles. que leges etiam in piis causis insinuationem evidentem requirunt. Quamvis enim magnus sit piarum causarum favor; tamen cum hæc solemnitas propter utilitatem publicam introducta sit, ne homines decipiantur, l. data, 27. C. de donat. non immerito etiam in piis causis intervenit. Nam si Ecclesia ultris, & auctrix justitie non patitur aliquid contra justitiam fieri, in se, vel in alterum, c. 1. vers. est circumscissus, de alienat. feud. D. Obrecht. disp. 2. de donationibus, th. 175. & seq. idque explanatius persequitur D. Collega Bocerius in Comment. de donationibus. c. 3. num. 70. & seq. Etenim vero si excipiuntur quique casus, in quibus donatio, ultra 500. aureos facta, sine insinuatione subsistit, l. est, si pro captivis redimendis facta sit, l. si quis pro redemptione, 36. in princ. c. de donat. Ejusque ratio ex viore dependet. II. est, si donatio illi fit facta, cuius domus incendio, vel ruina perit, d. l. si quis, 36. §. eandemque, 2. C. eod. Cuius ratio similiter ex favore dependet. III. est, si cui plures diverso tempore ab una persona donentur. Si enim non singule, sed omnes conjuncte legitimum quantitatem excedunt, non opus est insinuatione: quia tot intelligitur esse donationes, quot vicibus sunt factæ, l. sancimus, 34. §. si quis autem, 4. C. de donat. E contra si quis plures, ultra quingentos aureos assimilatas, eodem tempore alicui donat, & in instrumento dicit, tot esse donationes, quot sunt res, non valet sine insinuatione donatio: quia in fraudem facta intelligitur, ut notat Cynus in d. l. sancimus, 34. §. si quis autem, C. dicit. tit. Clarus noster hic nu. 4. D. Obrecht. d. disp. 2. nu. 183. IV. casus est, si quis ad Duces belli, seu à Magistris militum donetur fortissimis militibus. Hæc quippe donatio favore militum absque insinuatione subsistit, d. l. si quis pro redemptione, 36. §. simili, 1. C. de donat. V. casus est, si si donatio ab Imperatore in aliquem collata sit, l. sancimus, 34. C. eod. tit. l. illud 19. C. de sacrosanct. Eccles. Hoc casu idem insinuatione necessaria non est: tum quia coram principe, qui semper proceres secum habet, nihil occulte fieri intelligitur, argum. l. omnium, 19. ibique DD. C. de testam. Bald. in d. l. sancimus, 34. C. de donat. Tum quia in Principe nulla fraus, nullusve dolus, ob majestatem, ac dignitatem personæ, timeri potest. D. Obrecht. d. disp. 2. th. 192. Tum quia Princeps legibus solutus est, leg. princeps, 31. ubi DD. ff. de legibus. Tum si postremo quia liberalitas ipsius Principis nullis fransis, aut cancellis ejusmodi coerceri debet, argum. l. penult. C. de donat. inter vir. & uxor. & l. ultim. C. de prepositis agent. in reb. Marc. Mantie. conf. 1. n. 15. Tiraque. de nobilit. in reb. Marc. Mantie. conf. 1. n. 15. Tiraque. de nobilit. edit. 2. Modestini. Pistoris q. 9. n. 2. lib. 3. Quos refert, & sequitur d. Bocer. d. commentar. de donat. cap. 3. n. 73.

Equid autem si idem hodie sit statuendum in nostris Ducibus, Principibus, Comitibus, & Baronibus, qui Imperatore sunt inferiores, eumque tanquam superiorem recognoscunt, controversum est. Negant id Socius Junior conf. 69. n. 41. lib. 1. Anton. Gabriel. Roman. lib. 3. commun. conclus. de donat. concl. 1. num. 23. alique per hos citati. At alii communiter affirmant Oldrad. conf. 271. Bald. in d. l. sancimus 34. C. de donationibus. ibique Barbar. in suis addit. Roman. conf. 59. n. 7. Alexand. conf. 177. n. 7. & 8. volam. 2. Tob. Non. conf. 1. nu. 374. & alii, quos refert D. Bocerius, d. c. 3. n. 77. Ratio, qua in hæc adducti sunt sententiam hi Interpretes, illa perhibetur: quia si 9 nostri

nestri hodie Drees, Pirchey, Conites, & Parones in suis regionibus, & territorii Imperatori comparantur: adeoque in illis eandem habent potestatem, quam Imperator in Imperio Romano obtinet. Paul. de Castr. conf. 34. col. 2. vol. 2. Alexar. conf. 2. n. 25. vol. 1. Jason conf. 101. n. 2. vol. 4. Decius conf. 519. n. 4. Cephal. conf. 539. n. 15. Cacharan. decis. Pedemont. 136. n. 1. alioque per hos relati. Neque vero decorum est, horum quod Dominorum donationes ad certa solemnia restringere, cum donare, liberalitatem, & munificentiam exercere propriam sit Principum, & precipuis nobilitatis adus, qui merito a libero eorum arbitrio simpliciter pendere debet, ut post Abbatem in c. 1. de donationib. aserit D. Obrecht. d. dispr. 2.

11 de donationib. lib. 197. Caterum ut donatio a Principe alicui facta, non desiderat infirmationem: ita nec ea donatio infirmatione eget, que a privato ipsi Principi facta est. Novell. 52. c. 2. & Auth. item, & a privato. C. de donationibus. D. Boccr. d. a. 3. n. 74. & leg. HARR.

(b) Nunquid donatio vitabitur in totum. Quod si donatio non infirmata, excedens quingentos solidos, haud in solidum vitabitur, sed tantum in eo, quod legitimam summam excedit, probatur etiam (propter textum in l. sanctimus, 24. in princ. C. de donat. a Claro hic adductum) per l. ut mihi donaverit 21. §. 1. ff. de donat. l. si quis argentum 33. §. in autem 3. in fin. Cod. eod. & Novell. 126. c. 1. §. & illud etiam, &c. Petrus Nicolaus Mozzius in tract. de donat. tit. de substantia lib. seu que requirant. in donat. nu. 16. vers. & quod donatio, &c. ubi plures ad hoc citat. Eiusque ratio hac assignari poterit: quia si in divitiis utile per inutile non vitatur. capit. utile 37. de reg. jur. in 6. ibique Peckius, & Dynus, l. cum, qui ita, 56. §. 1. ubi gloss. in verb. supervacua, ff. de verb. oblig. Gail. lib. 2. observ. 5. n. 8. Rober. disp. 10. ad Insti. thes. 9.

14 Reperitur quod autem superfluum illud conditione sine causa, dicitur l. ut mihi 21. in fine, & ibidem Gloss. ff. de donationibus, & notat D. Bocerus d. Comment. de donationibus. cap. 3. n. 82. eumque referens Andr. Gerardus deced. 7. quest. 9. HARR.

(c) Quatenus excedit. Vide que dixi supra quest. 15. GIACH.

(d) Nunquid. Item an donatio inter virum, & uxorem non infirmata sit in totum nulla? vide per Ruin. in conf. 44. n. 20. vol. 2. Rol. conf. 70. n. 6. vol. 2. quos vide. Et scias, quod illa donatio non est donatio inter vivos, nec causa mortis, sed est tertia species, secundum Alex. conf. 143. col. fin. vol. 5. Quod tamen intellige, ut per Ruin. in conf. 52. lib. 1. ubi etiam tenet, quod valet a principio, quando non tantum eius executio, sed etiam substantia post mortem donantis consistit, maxime adjecta clausula, *Omni meliori modo*. GIACH.

(e) Partes renunciare infirmationi. De communi, atque magis communi affirmativa vide per Rol. d. conf. 39. n. 38. GIACH.

(f) Non inconveniens videri debet, quando non exeat d. §. renunciatio. hic alleg. subijcere, quod de infirmatione renunciant per partes non potest per homines privatos, ex mente Gyni in l. si quis pro redemptione, C. de donat. alleg. l. quidam ff. de adm. n. tuto. & l. semper, §. conditores, ff. de jur. immun. GOVERN.

QUÆSTIO XVIII.

SUMMARI.

EX CLARO.

- 1 Juramentum an suppleat defectum infirmationis.
- 2 Et quid si non fuerit renunciatum infirmationi.
- 3 Et quid si facienda sit infirmatio intra aliquod tempus post contractum.

EX ADDITIONIBUS.

- 1 An juramentum defectum infirmationis suppleat.
- 2 Quatenus donatio non infirmata juramento confirmetur.
- 3 Et quid, si facienda sit infirmatio intra aliquod tempus post contractum, remissive.

Quæro, nunquid conclusio superius facta, quod scilicet, quæcumque donatio excedens sum-

mem quingentorum aureorum debeat infirmari, alias sit nulla, habeat locum etiam in donatione jurata, & sic nunquid juramentum (a) suppleat defectum infirmationis? Resp. in hoc articulo magna fuit quædam controversia inter Doctores, adeo ut vix discerni posset, quæ opinio esset magis communis. Nam Bald. in d. l. illud num. 9. C. de sacerdot. Ecclæs. tenuit, quod derogatio non infirmata non confirmetur juramento. Et hanc opin. dixit esse communem Barlat. conf. 16. colum. 10. lib. 2. & conf. 52. lib. 4. & inter consilia Curtii senioris conf. 66. in fin. Idem dicit Calcan. conf. 19. in fin. ubi etiam refert Prosdocium, idem attestantem in e. cum contingat, de jurejur. Controversiam autem (b) sententiam, scilicet, quod imò confirmetur juramento, & sic, quod juramentum suppleat defectum infirmationis, tenuit Joan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de instru. edit. §. porro, multum. Apofill. & hæc est communis opin. omnium fere Canon. ut dicit Corn. conf. 221. in litera L. lib. 1. & conf. 186. in litera H. lib. 2. quem refert Rubens conf. 59. n. 2. & Peril. conf. 33. n. 45. lib. 3. Socini. conf. 77. circa fin. lib. 1. & conf. 80. n. 1. eod. volum. quem refert Deci. conf. 536. n. 14. Bertran. conf. 22. n. 5. lib. 2. in 2. parte, & conf. 120. n. 6. & seq. lib. 3. in 2. par. Ruin. conf. 51. n. 18. lib. 1. Et dicit Corn. conf. 36. in litera F. lib. 3. quod ita solet communiter teneri, maxime per Canon. Ita etiam tenere communiter Can. attestatur idem Cor. consil. 69. in litera Y. lib. 2. Hanc etiam opin. esse magis communem affirmat Claud. in l. nemo potest, num. 21. ff. de l. 1. Joan. de Comp. in d. l. nemo potest, quem refert Bertran. consil. 30. post numerum 1. lib. 3. in 2. parte: Jas. conf. 51. n. 3. lib. 1. & conf. 118. n. 2. lib. 4. & conf. 169. num. 9. eod. vol. quem refert Tiraquel. in repet. l. si inquam, in presat. nu. 134. C. de revoc. donat. Dec. conf. 239. post n. 3. & conf. 414. post n. 14. vers. Tertio non obstat. & conf. 432. n. 17. & conf. 488. post n. 5. vers. Postremo, quem refert Socin. jun. conf. 117. nu. 11. lib. 2. & Joan. Dilecti. de arte testandi, tit. 2. cau. 10. n. 3. Bertran. conf. 173. post n. 3. vers. Ad secundum, lib. 1. in secunda parte, & conf. 338. n. 8. lib. 3. in 2. parte, & conf. 90. n. 5. lib. 3. in 2. parte, & conf. 97. post n. 1. eod. vol. & conf. 209. post nu. 12. eod. volum. Curt. jun. conf. 34. nu. 1. & conf. 47. post n. 8. & conf. 81. n. 6. Paris. conf. 26. n. 60. lib. 3. & conf. 69. n. 97. eod. volum. Ruin. conf. 159. num. 15. lib. 4. & conf. 182. post nu. 13. vers. Tertio ad hoc lib. 1. & conf. 180. n. 14. & seq. eod. volum. Gratus conf. 70. n. 28. lib. 1. Bello. conf. 60. n. 19. Socini. jun. conf. 69. n. 39. lib. 1. & conf. 67. n. 20. lib. 2. & conf. 130. n. 19. lib. 3. Ludovic. Telleria in l. si inter virum, col. 5. ff. de reg. dubiis, quem refert Duen. reg. 224. in §. limitatione. Alci. in e. cum contingat, post n. 170. de jurejur. Cravetta conf. 118. n. 1. Apofill. ad Alex. conf. 4. sub n. 10. lib. 1. Alba. conf. 4. n. 20. Et sic, ut vides, hæc opin. proculdubio est magis communis, à qua consulendo, aut judicando non esset aliquo modo recedendum. Est enim maxima virtus juramenti, ideoque regulariter est servandum, ubiqueque potest servari sine interitu salutis æternæ; licet, & alias forte magis commun. opin. Legistarum esset, quod juramentum non suppleret defectum infirmationis, prout attestatur Socin. in alleg. conf. 77. circa fin. lib. 1. Hodie tamen utraque schola tam Legist. quam Canonist. in hoc concordant, quod juramento confirmetur. Et ita hanc esse communem, & apud Legistas, & Canonistas canonizatam opin. attestatur Ripa lib. 1. respon. c. 5. post n. 2.

Retenta igitur conclusione, quod scilicet donatio non infirmata confirmetur juramento scire debes, quod

QUÆSTIO XIX.

SUMMARI.

EX CLARO.

- 1 Donatio omnium bonorum non valet.
- 2 Et quid in donatione bonorum presentium tantum.
- 3 Et quid in donatione facta simpliciter bonorum suorum.
- 4 Et quid in donatione omnium bonorum suorum.
- 5 Et quid in donatione omnium bonorum suorum mobilium, & immobilium.
- 6 Et quid in donatione sue hereditatis.
- 7 Et quid in donatione causa mortis omnium bonorum suorum presentium & futurorum.
- 8 Et quid si donans reservaverit sibi aliquid, de quo posse testari.
- 9 Et quid si reservaverit sibi usufructum.

EX ADDITIONIBUS.

- 1 Nym donatio omnium bonorum, presentium, & futurorum, valet.
- 2 Communis opinio magna auctoritas.
- 3 Quicquid naturale, & legitimum permittitur est, id semper in infirmum intelligitur concessum.
- 4 An, & quatenus per donationem omnium bonorum, jus testandi tollatur.
- 5 Donator quatenus conveniatur.
- 6 Donatio quomodo interpretanda.
- 7 Alimentis renunciari non potest.
- 8 In omnium bonorum donatione non veniunt nomina debitorum, sive jura, & actiones.
- 9 Nunquid donatio hereditatis valet.

quod illa intelligenda est, ut procedat, quando in specie fuit (c) ipsi infirmationi renunciatum. Potest enim cum juramento illi renunciari, ut dixi infra hoc eod. lib. §. renunciatio. Sed si non fuit renunciatum infirmationi, tunc donatio ipsa non confirmatur juramento. Et hæc est opin. Legistarum, & Canonistarum, ut dicit Corn. conf. 69. in lit. O. lib. 2. à qua licet forte consulendo, aut judicando non esset recedendum; tamen in puncto juris non transfert sine difficultate. Videtur enim pariter militare idem favor animæ, super quo se principaliter fundare videntur DD. superius allegati.

3 Scias etiam, quod hæc conclusio, quod scilicet donatio jurata valet, non obstante defectu infirmationis, procedit, ubicumque infirmatio ex forma legis, vel statuti deberet intervenire in ipso actu donationis: sed si lex, vel statutum requiret donationem ipsam infirmari intra certum tempus, puta infra mensem à die celebrati contractus, vel hujusmodi, eo casu juramentum (d) appositum contractum non confirmaret donationem, ubi non esset infirmata infra illud tempus à statuto præfixum. Ita dicit Feder. de Sen. in vulgato suo consil. 181. & est communis conclusio, ut attestatur Curt. jun. conf. 141. num. 22. Nam juramentum regulariter secundum tempus contractus: & ideo si postea superveniat causa, ex qua contractus annullatur, non potest virtus juramenti ad illius confirmationem extendi.

ADDITIONES.

[a] Juramentum. Circa istam questionem vide per Angel. de Aret. etiam in §. alia autem sub nu. 6. Insti. eod. ubi arguit ad partes. Et inter alia dicit se recussisse pro aliqua ex dictis opinionibus consulere ob timorem juramenti: pro opin. tamen affirmativa, que fuit Joan. An. consulere relati DD. in tex. vers. contrariam, & vide plene per Hippol. Rim. Insti. eod. §. 1. nu. 254. usque ad nu. 281. GIACH.

Nunquid juramentum suppleat defectum infirmationis. Quod si donatio cum juramento facta, etiam quoad excessum citra infirmationem jure canonico verius est, & multarum Curiarum præjudicium confirmatum, e. cum contingat, 28. de jurejur. c. quomvis, 2. de pass. in 6. Hujusque pronuntiatum hæc ratio reddi solet: quia tale juramentum non tenet contra bonos mores juris canonici; nec contra publicam utilitatem principaliter, nec in præjudicium conscientie, & salutis æternæ, argum. d. e. cum contingat, 28. de jurejur. Et ita, post Clarum nostrum, & DD. ab eo cumulatim adductos, sentiant Petrus Nicol. Mozz. in tractat. de donat. tit. de substantia lib. seu que requirant in donat. num. 20. Gomezastrom. 2. var. resol. c. 4. n. 8. Andr. Gail. lib. 2. obs. 39. n. 12. Fernan. Vasq. de success. creat. lib. 2. §. 28. requisi. 29. n. 16. D. Boccr. in Commentar. de donat. c. 1. n. 78. edit. 2. Andr. Gerhardt deced. 7. sub quest. 9. Treutler. vol. 2. disp. 19. sub 6. ad lit. F. Maith. Stephani cent. 2. q. 48. ad lit. C. Andr. Fachin. lib. 3. controvers. jur. c. 83. & lib. 12. controvers. jur. cap. 48. HARR.

(b) Contrarium autem sententiam. Adde, atque vide etiam per Menoch. in conf. 291. sub nu. 1. ubi alios addit concordantes, qui n. 2. cum multis sequentibus infirmationem deinde subsequenter haud retrahant ad tempus factæ donationis, presertim in præjudicium eorum, quibus medio tempore fuit jus questum, scribit GIACH.

(c) Quando in specie fuit ipsi infirmationi renunciatum. Quatenus si donatio non infirmata confirmetur juramento, post Clarum nostrum explicat Petr. Nicol. Mozz. d. tit. de substantia lib. &c. n. 21. HARR.

(d) Eo casu juramentum appositum contractui non confirmaret donationem. Adde idem plane sententem Petrum Nicol. Mozz. d. tit. de substantia lib. &c. num. 22. vers. præterea est declaranda dicta conclusio, &c. HARR.

Quæro, nunquid (a) valet donatio omnium bonorum? Respond. quod donatio omnium bonorum presentium & futurorum nihil (b) valet. Solec ad hoc allegari l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig. & hæc est communis opin. ut dicit Bal. in e. in presentia, nu. 36. de probat. quem refert Episcopus Loazes in suis allegat. pro Marchione Velez, fol. 219. nu. 4. Imol. in Rubr. extra, de testament. post nu. 15. vers. Quod autem Rom. consil. 171. num. 1. ubi dicit, quod hæc est communis opin. sive hujusmodi donatio fiat in actu testandi, sive per viam contractus. Idem dicunt Scribentes in l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig. & in specie Alexand. num. 15. & Jas. num. 20. Aret. consil. 54. post num. 2. vers. circa secundum. Abb. consil. 48. n. 1. in fin. lib. 2. Corn. conf. 176. in litera N. lib. 1. & conf. 238. in litera L. lib. 3. & conf. 252. in princ. eod. volum. Guido Papæ consil. 314. n. 4. Jas. in l. licet, n. 25. C. de pactis Deci. in 7. notabil. de probato. & conf. 30. nu. 1. & 2. & conf. 203. post n. 2. & conf. 251. n. 1. & conf. 655. nu. 7. Purpurat. in d. l. fin. nu. 238. in fin. Curt. jun. conf. 25. nu. 1. Gratus conf. 70. num. 1. lib. 1. Ripa lib. 3. responsorum, c. 14. num. 1. Joan. Dilecti. de arte testandi, tit. 10. cau. 2. post n. 1. Duen. reg. 216. in princ. Ratio est, quia ex tali donatione sibi adimeret facultatem testandi, quod leges maxime abhorrent: sicut etiam in simili videmus, quod donatio facta in potnam mutationis testamenti non valet, ut dixi supra lib. prox. §. testamentum, quest. 95.

Et ex hac ratione imprimis infertur, quod ubicumque ex donatione omnium bonorum quis non adimeret sibi facultatem testandi: talis donatio tunc valeret: puta, si quis non donaverit omnia bona sua presentia, & futura, sed bona sua presentia

tantum. Et ita communiter concluditur, ut ait Ruin. conf. 178. n. 3. libr. 1. & consil. 13. num. 3. libr. 2. Hanc etiam conclusionem dicit esse communem Alexand. in d. leg. fin. post n. 3. Claud. in leg. pactum. n. 4. C. de pactis. Poterit enim donator aliqua bona post donationem acquirere, & de illis testari.

3 Eademque ratione, si quis simpliciter donaverit bona sua, valebit talis donatio: & ita tenent omnes, ut ait Corn. conf. 152. in littera D. libr. 3. In hujusmodi enim donatio simpliciter facta, non veniunt bona postea qua sita, secundum opinionem omnium Doctorum, ut dicit Bello consil. 5. in princip. subdens, quod hanc opinio est adeo firmata, ut quasi videatur audax temeritas utile contrarium tenere. Poterit ergo donator de istis bonis postea qua sitis disponere, & testari.

4 Idem dicendum est, ubi quis etiam verbis universaliter conceptis donasset omnia bona: adhuc enim in tali donatione non veniunt bona futura, & ideo valebit donatio. Ita sentit glossa. in d. leg. fin. in verbo Accommodaverit, quam sequuntur communiter Doct. ut ait Decian. consil. 225. n. 4. in fin. & hanc conclusionem dicit esse communem Jas. conf. 5. col. 2. vers. Sed pramissis, lib. 3.

5 Pariter etiam, si quis donaverit omnia bona sua mobilia, & immobilia, valebit talis donatio. Et est communis opin. ut dicit Jas. in d. conf. 5. col. 3. vers. Secundo pro ista. libr. 3. Decian. consil. 414. n. 10. Nam preterquam quod in hujusmodi donatione non veniunt bona futura: certum est, quod secundum magis communem sententiam in donatione omnium bonorum mobilium & immobilium non veniunt (c) jura, & actiones, ut attestantur Doct. preall. & sic non est donatori adempta facultas testandi.

6 Sed quæro, nunquid valeat donatio ab aliquo simpliciter facta suæ (d) hereditatis? Respon. in hoc articulo varie fuerunt opin. DD. nam aliqui tenebant, quod talis donatio valeat: & hanc opin. dicit esse communem Purpurat. in d. l. fin. num. 245. C. de pactis. Contrarium autem sententiam, scilicet, quod imo talis donatio non (e) valeat, tenuit Bart. in d. l. fin. n. 14. Et hanc dicit esse magis communem Cagnol. in d. l. fin. n. 223. & seq. Duennas in d. regula 219. in 4. ampliat. quæ mihi etiam magis placet. Cum enim nomen hereditatis comprehendat omnia bona, quæ quis tempore mortis suæ reliquit: non video, quomodo dici possit per hanc donationem non adimi donatori facultatem testandi.

7 Sed quid si quis faciat alteri donationem causa mortis omnium bonorum suorum presentium, (f) & futurorum, nunquid talis donatio valebit? Respond. quod valet donatio omnium bonorum, post mortem collata. Ita tenet gl. in d. l. fin. verbo Accommodaverit, quam sequuntur communiter DD. ut ait Decian. conf. 578. n. 7. in fin. Ita etiam communiter tenent attestantur Imol. in Rub. extra. de testam. nu. 5. Jas. in d. conf. 5. col. 6. vers. Non obstat tertium, lib. 3. Curt. jun. conf. 81. nu. 3. Poterit enim donator, ipsa donatione non obstante, alium hæredem instituire, qui licet teneatur postea donatario dare juxta conventa in donatione, poterit tamen retinere Falcidiam, &c.

Secundo principaliter ex ratione superius posita, quod scilicet donatio omnium bonorum non valet, ne quis eo modo amittere possit facultatem testandi, inferitur, quod si donator in hujusmodi donatione reservaverit, sibi aliquid (g) pro facultate testandi, donatio ipsa valebit. Ita dicit Bart. in d. l. stipulatio hoc modo concepta. n. 6. & est communis opin. ut dicit Socin. jun. consil. 142. nu. 79. lib. 1. Talis enim donatio non tollit in totum, sed solummodo restringit testandi facultatem: intellige

tamen, ut illud, quod reservatur, non sit quid minimum, sed saltem excedat vigesimam partem illius patrimonii, quod donatur.

8 Sed pone, quod donator sibi reservaverit, usufructum bonorum suorum, nunquid flante hac reservatione donatio sustinebitur? Resp. aut testator reservavit sibi (h) usufructum, hoc expresso, ut de eo possit in vita disponere, & non valet donatio. Ita consiluit Bart. conf. 76. incip. Pauper filio, & ita frequenter calculo receptum est, ut ait Didac. lib. 3. resolutio. c. 12. n. 3. Ad hoc enim ut donatio omnium bonorum valeat, oportet, quod illud, quod donator sibi reservat, sit ejus conditionis, ut de eo testari (i) possit. Et hæc est communis omnium sententia, ut ait Didac. in cap. 12. circa fin. Aut vero donator sibi simpliciter reservavit usufructum, & tunc communis opin. est, quod donatio ipsa valeat. Et licet Paul. de Cast. in d. l. fin. n. 10. C. de pactis, teneat contrarium, scilicet, quod imo non valeat: tamen contra eum est communis sententia, ut attestatur Didac. in d. c. 12. num. 4. quam etiam dicit receptam esse apud Regni Hispaniæ suprema tribunalia. Quæ multo magis procederet, ubi expresse donator sibi usufructum reservaret cum facultate de eo disponendi tam inter vivos, quam in ultima voluntate.

ADDITIONES.

(a) Nunquid valeat donatio omnium bonorum. (.) Donationem omnium (f) bonorum, presentium, & futurorum, nullam esse, communis Interpretum Schola animat, ut hic ex Claro & Giachario, aliisque compluribus per eos citatis, constat. Cui opinioni subscripserunt non invidi, post alios, quos laudant Petrus Nicolaus Mezzius in tract. de donationibus suis in. de reb. que donari possunt, vel non, n. 6. Facium. lib. 6. controvers. jur. c. 67. Alex. Trentacinq. lib. 3. resolut. 3. de donat. Modestia. Pistor. lib. 2. consil. 19. n. 1. Guierrez in tract. de juramento con. rmatória part. 1. c. 21. n. 16. & Olemannus ad disp. 12. Giphani, nu. 2. Est t. vero comm. opin. magna est auctoritas, & ab ea in judicando non facile recedendum, arg. l. 1. in prin. vers. sane cretoribus apud veteres opinio, ff. de off. fic. questor. l. ad heredes, 4. in princip. ibi, & generaliter ita omnes opinantur, ff. ad his, qui not. infam. leg. ita vulneratus, 53. in prin. ibi, dicitur vulgo, ff. ad leg. Aquil. attamen sententia contraria, ut potest expressis legum textibus sustulit, verior censetur, leg. si quis argentum, 35. ff. de si quis aut utroque testis, 4. & §. sequi. C. de donat. c. si nungum & C. de reor. don. leg. omnes, 19. §. 1. ff. que in fraud. creditor. leg. si totas, 5. C. de inof. donat. Quæ t. leges inter presentia, & futura bona non distinguunt. Quin quicquid naturale, quicquid concessum, & permissum est legibus, id semper, & in infinitum intelligitur, & concessum, & licitum, nisi quantum vicium a legibus & moribus est restrictum arg. leg. Gracchus, 4. C. ad leg. Jul. de adult. At nos posse donare res nostras est naturale, §. per traditionem, 40. Inst. de rer. divisi. & legibus concessum, cor. tit. ff. & C. de donat. leg. in remanata, 21. C. mandati. l. memo. C. de Judais c. un. per quos fiat invel. 2. f. Ergo & semper, & in infinitum donare possumus, nisi in quantum a legibus hoc jus reperitur restrictum. Jam vero nulli in toto jure legitur jus donandi restrictum ad omnia presentia tantum bona: quasi scilicet omnia presentia non etiam futura donare possimus.

Nec movet, quod Doctores obijciunt, per talem (f) donationem jus testandi, & sic publicum tolli. l. 1. ff. qui testam. facere poss. quod tamen maxime adversum sit legibus, & contra bonos mores, l. pactum, 15. C. de pact. Donator t. namque in id tantum, quod commode facere poterit, convenitur: nec illi alimentaria necessaria vite auferantur, ne egeat. Semper t. quippe ita est interpretanda donatio, ne donator liberalitate sua inops factus periclitetur, l. inter, 19. §. ff. & l. ne liberalitate, 50. ff. de ve. judic. Quinimo alimentis t. renunciarum non posse, tradunt Decius in l. jura, 8. ff. de regul. jur. Trentacinq. lib. 1. resolut. 2. de aliment. n. 15. Quare licet quispiam omnia & presentia, & futura bona donarit: adhuc tamen de alimentis hoc

hoc est, cibariis, vestibus, lectis, medicinis, habitatione, potionibus, suppellectile, &c. testari poterit, l. heredes, ff. de aliment. legat. l. obligatio, 6. & l. seqq. ff. de pignori. & hypot. Quin t. & in omnium bonorum donatione non veniunt nomina debitorum, sive jura, & actiones directas, quæ offibus donatoris adherent, docuerunt Menochius libr. 1. conf. 47. n. 2. & Andr. Gail. l. 2. observ. 11. n. 10. Alique ab his memorati. Proinde de his quoque donator testamentum facere poterit. Et ita tenent Alezius ad l. fin. n. 72. C. de pact. Corasius lib. 6. Miscellan. jur. civil. c. 17. Vaudus lib. 1. quest. 31. Malfcard. de probat. vol. 3. conel. 1120. Marth. Stephani cont. 2. qu. 47. ad l. B. Arumaus Exeret. Justin. 6. th. 15. D. Collega Boer. in comment. de donationib. c. 3. n. 39. cum seqq. edit. 2. Ant. Faber. par. 2. de errorib. pragmat. ducati. 48. error. 6. huiusque perpetuus affecta, & assertor Sciordogherus lib. 1. tract. 13. qu. 1. & seqq. & novissime Quirinus Kubachius cont. 1. quest. jur. illustr. decur. ultim. questio. 1. & aliique complures. Et huc quoque pertinent, quæ annotavimus part. 1. Disputatorium nostrar. ad Inst. disp. 18. assert. 16. & seq. HARR. (b) Nil valet. (.) Vide ad hanc communem opinionem sex ampliationes per Daen. regul. 219. cum duobus ampliationibus: similes sunt sex limit. data per Deci. in l. fin. C. de pact. & decem per Cagnol. ibid. à nu. 238. usque ad n. 272. Item donatio omnium bonorum haud poterit fieri ab existente in articulo mortis, per Cagnol. in d. l. fin. n. 227. valet tamen, quando fit Ecclesiæ per Deci. in conf. 488. Jas. conf. 169. vol. 4. Alex. in conf. 152. tit. 6. Ruin. in conf. 182. vol. 1. Fallit tamen hoc, ut per Ruin. in conf. 128. ubi sequitur: quando quis dedicavit omnia Ecclesiæ, & ille, qui dedicavit ad dedicationem non habebat mandatum. Item aut procedat in donatione tacita, atque presumpsa: Vide per Tiracq. de legib. communi. fol. 142. 176. 178. Item donationem omnium bonorum si quis fecerit, quia donatarius prius accepit aliqua bona, ut toto tempore ejus vite gauderet, restringitur solum ad illa bona donatarius, non etiam ad alia bona donantis, per Romanum conf. 284. triplici ex fundamento GIACH.

(c) Non veniunt jura, & actiones. (.) Ad idem per Franc. Aret. in conf. 54. & Cagnol. in leg. fin. n. 355. C. de pact. GIACH.

(d) Sæ hæreditatis. (.) Quamvis t. donatio omnium bonorum jure valeat, ut hæc est opinio: nemo tamen hæreditatem alicui donare potest, leg. cum donationis 34. C. de ratiocomb. Huiusque ratio est: quia hæreditas vel testamentum, vel lege deservit, non conventionem partium, l. 1. l. de petiti. heredit. l. pactum, quod donati, 15. & leg. fin. C. de pactis, l. hereditas, 5. C. de pactis convenis, &c. Idque copiose explicuimus ad princip. tit. Inst. de hered. quæ ab inest. des. nu. 4. & seqq. Eandem opinionem, post Clarum hic, & alios, comprobat Facium. d. lib. 6. c. 94. & Boer. d. cap. 8. n. 46. HARR.

(e) Non valet. (.) Donatio tamen de dimittit hæreditatis valet, per Alba. consil. 4. numer. 32. Item quod in donatione omnium bonorum mobilium, & immobilium non veniant jura, & actiones, nec nomen debitoris, vide per Natr. in conf. 146. num. 13. & 14. Item si quis dicat, dono tibi hæreditatem meam, quod valet donatio, & intelligitur de bonis presentibus, ut actus valet: vide pulcherrime per Cravet. conf. 129. n. 6. GIACH.

(f) Presentium, & futurorum. (.) Item quod talis donatio valeat, si non interveniat cessio respectu jurium, & actionum, vide per Natr. consil. 146. n. 15. GIACH. (g) Reservavit sibi aliquid. (.) Item quod donatio omnium bonorum presentium, & futurorum reservata certa quantitate vel re, valet: commune dixi in collect. mea communi. opin. in verbo donatio, numer. 27. GIACH.

(h) Usufructum. (.) Item commune, & fufius vide ead. collect. mea d. verbo donatio, n. 31. & sustinetur donatio omnium bonorum cum reservatione usufructus, quando fructus haud sunt tenus: Vide per Cravet. in conf. 22. verum generaliter donatio omnium bonorum presentium, & futurorum cum reservatione usufructus, non valet per Dec. conf. 30. & 203. col. 1. & in l. fin. C. de pact. & ibi per Cagnol. qui deelaravit, quomodo debeat fieri illa reservatio ad hoc ut operetur in. 229. per Boer. de off. 104. nu. 45. & de off. 353. vid. per Natr. conf. 146. in 4. deb. Quid si esset reservatus usufructus cum juramento? vid. per Corn. conf. 176. vol. 2. dicit in reg. jur. contrah. GIACH.

(i) Testari possit. (.) Adde commune etiam per Rol. conf. 93. sub n. 3. plene alios concordantes allegat. GIACH.

QUESTIO XX.

SUMMARIA

EX CLARO.

- 1 Donatio omnium bonorum an valeat si sit jurata.
2 Donatio omnium bonorum presentium, & futurorum nunquid annulletur in totum, an autem pro parte tantum.
3 Donatio omnium bonorum facta ecclesie, an valeat.
4 Donatio reciproca omnium bonorum suorum facta inter fratres, vel socios an valeat.

EX ADDITIONIBUS.

- 1 An valeat omnium bonorum donatio jurata: vel pia causa facta: vel reservato usufructu, an re quadam alia ad testandum sufficiente, remissive.

Estat nunc, ut nonnullas quæssiones in hoc proposito occurrentes breviter explicemus: & in primis quæro, an conclusio in proxima quæssione superius facta, quod scilicet donatio omnium bonorum nihil valet, habeat locum, etiam si talis donatio (a) sit jurata? Respond. quod sic. Nam hujusmodi donatio, cum alicui homini liberam testandi factionem, censetur contra bonos mores, & ideo non confirmatur juramento. Ita dicit Bart. in d. leg. stipulatio, hoc modo concepta, n. 3. & ita tenent communiter omnes Doctores, ut dicit Guido Papæ conf. 214. n. 5. Bertran. conf. 181. n. 1. libro 2. in 2. parte. Hanc etiam dicit esse communem Dec. in l. pactum quod donati, n. 1. & seq. C. de pact. quem refert Gratus conf. 19. n. 12. lib. 1. Ripa lib. 3. responsorum. c. 14. n. 2. Curt. jun. in d. l. fin. n. 57. Cod. de pactis: quem refert Episcopius Loazes in suis allegat. pro Marchione Velez, fol. 211. n. 42. & Didac. in Rubr. de test. in 2. parte, nu. 4. Cagnol. in d. leg. fin. n. 220. Socin. jun. conf. 444. n. 35. lib. 2. Cravetta conf. 139. n. 8. & seq. Duennas in d. regula 219. in 2. ampliat. & ita etiam in simili videmus, quod testamentum juratum potest, non obstantem juramento, quodcumque contraria voluntate revocari, ut dixi supra lib. 3. §. testamentum, quæssione 44. vers. Sed quid si testator.

Item quæro, nunquid hujusmodi donatio omnium bonorum presentium, & futurorum annulletur in totum, an autem pro parte tantum? Respond. quod annullatur in totum. Et hæc est communis opin. ut ait Bal. in d. l. fin. n. 19. in fin. Curt. jun. in d. l. fin. post nu. 61. ita quod non sustinetur, neque respectu bonorum presentium tantum, neque respectu futurorum tantum. Et hanc opinionem dicit esse communem Guido Papæ conf. 214. post n. 5. Purpurat. in d. leg. fin. n. 247. quem refert Duen. in d. regul. 219. in 5. ampliat. Facile possit disputando teneri contrarium, sicut etiam videmus, quod donatio nulla ex defectu institutionis sustinetur usque ad quingentos solidos, ut dixi supra quæssione 17. vers. Sed quæro: in judicando tamen non recedas à communi.

Uterius quæro, nunquid conclusio locum habeat, etiam hujusmodi donatio esset facta Ecclesiæ? Resp. quod non, sed speciale (b) est in Ecclesiis, ut valet (c) donatio omnium bonorum presentium, & futurorum illi facta. Ita tenet Bartol. loquendo per verbum, forte, in d. l. fin. n. 13. & est communis opin. ut dicit Fel. in cap. in presentia, de probat. prout illum refert Episcopius Loazes in suis allegat. pro Marchione Velez fol. 246. nu. 27. Ego tamen non